In Holſatia ſemper habet ſtamina decem fertilia.

380. *aruenſe.*
381. *aquaticum.*

Ceraſtia ſphaerocarpa Stellariis maxime affines ſunt, male in proprium genus nec colligentur.

382. Spergula *aruenſis.*
383. *nodoſa.*

Claſſ. XI.

DODECANDRIA.

Monogynia.

384. Aſarum *europaeum.*
L. pr. Eutin.
385. Lythrum *Salicaria.*

Digynia.

386. Agrimonia *Eupatoria.*

w) Cf. Kiel. Litteratur Iourn. 1779. p. 61.

Digitized by Google

Praeter magnitudinem & odorem citrinum vix mihi eſt ſufficiens nota, quae *repentem* ab hac diſtinguat.

Trigynia.

387. Reſeda *Luteola.*
388. Euphorbia *Peplus.*
389. *exigua.*
390. *helioſcopia.*
391. *Cyparisſias.*

Claſſ. XII.

ICOSANDRIA.

Monogynia.

392. Prunus *Padus.*
Ad ſepes prope Kühren, Nordtorf.
393. *Ceraſus.*
394. *auium.*
395. *ſpinoſa.*

Digynia.

396. Meſpilus *torminalis.*
Crataegus *torminalis* L.
397. *Oxyacantha.*
Crataegus *Oxyacantha* L.
398. *aucuparia.*
Sorbus *aucuparia* LINN.

Semina creſcendo contiguum baccae parietem indurant, & ſubcartilagineum tandem faciunt, quemadmodum in Pyro. x)

Meſpili

x) *Scopoli* Flor. Carniol. p. 748.

Digitized by Google

Meſpili, Crataegi & Sorbi omnino vnum genus conſtituunt. Vidi enim in omnibus fere ſpeciebus ſtylorum & ſeminum numerum quam maxime variare, ita vt non raro perdifficile ſit ex *Linnaeanis* ſcriptis ſpecies determinare. *y*) Nec ob eam notam ſeparauit LINNAEVS Cydoniam a Pyro, quae in quoque loculo ſemina 8 ad 14 habet, *z*) quum Pyro raro vltra duo ſemina ſint in loculamento ſingulo. Pyri habitus, modus creſcendi, foliorum ſtructura omnino alia. Sed character difficillime eruitur, quum inter priores ſint, qui vera Poma gerant, etſi minuta, & carne minus inſigni. Demonſtrant Sorbus *aucuparia*, Crataegus *Azarolus*, alii. Auget difficultatem Pyrus *baccata* cui folia & flores Pyri *communis*, fructus Sorbi aut Meſpili. Ergo Pyri character conſiſtit in Pomo inſigniter carnoſo, qui nihil ſimile habet cum Bacca, aut nullus adeſt, qui a prioribus ſeparet. Meſpilus noſter habet calycem quinquefidum, Petala quinque, Stylus 2 ad 6, Fructum inferum baccatum di, tri, tetra, quinque & polyſpermum. Sit hic vel vera bacca, quae nuda ſemina tegit, vel loculamentis diuiſus. Potuiſſem poſteriores in proprium genus colligere. Sed & hi limites incerti, dum iunior Meſpili *aucuparii* fructus, arborem ad prius, adultior ad poſterius genus trahat, & loculamenta haec interdum oblitterentur. Malui igitur plantas a na-

y) Conf. etiam obſeruationes *Halleri* Hiſt. T. I. p. 30 ſeq. *Scop.* l. c. *Cranzii* Stirp. Auſtr. T. II. p. 88 ſeq.

z) *du Hamel* arb. fruit. T. I. p. 206.

Digitized by Google

a natura iunctas, coniunctas relinquere. Pyrum *baccatam* L. ad Meſpili genus pertinere non eſt quod moneam.

399. Spiraea *Filipendula.*
400. *Vlmaria.*

Polygynia.

401. Roſa *villoſa.*
Roſa *vmbellata* LEYS. a) eadem eſt, b) vt video ex ſpeciminibus Halae lectis.
402. *canina.*
403. *rubiginoſa.*
Cum Roſa *eglanteria* a plerisque confunditur, c) quae eſt Roſa *lutea* auctorum.
404. Rubus *idaeus.*
405. *caeſius.*
406. *fruticoſus.*
407. *ſaxatilis.*
408. Fragaria *veſca.*
409. *ſterilis.*
410. Potentilla *Anſerina.*
411. *argentea.*
412. Tormentilla *erecta.*
413. *reptans.*
L. ad vallum lapideum prope Elmshen Hagen.
414. Geum *vrbanum.*
415. *riuale.*
416. Comarum *paluſtre.* Claſſ.

a) *Leyſer* Flora Halenſis p. 92.
b) Eſſe Roſam *foecundiſſimam Münchhauſen* Hauſu. T. V. p. 279.
c) Vt *du Roi* Baumzucht T. II. p. 336.

Digitized by Google

Claſſ. XIII.

POLYANDRIA.

Monogynia.

417. Actaea *ſpicata.*
418. Chelidonium *Glaucium.*
419. *officinale.*
420. Papaper *Argemone.*
421. *Rhoeas.*
422. *dubium.*
423 Nymphaea *lutea.*
424. *alba.*
425. Ciſtus *Helianthemum.*
Rarior in noſtris terris occurrit prope Purlos in M. Weinberg.

Trigynia.

426. Delphinium *Conſolida.*

Hexagynia.

427. Stratiotes *Aloides.*

Polygynia.

428. Anemone *Hepatica.*
429. *nemoroſa.*
430. *Ranunculoides.*
431. Thalictrum *flauum.*
432. *minus.*
Prius in pratis maritimis, verſus Duſternbrok & Garten, poſterius in arenoſis prope die Broeck.
433. Adonis *autumnalis.*

Digitized by Google

434. Ranunculus *Flammula.*

435. *reptans.*

Ad lacum prope Einfeld.

436. *Lingua.*

437. *Ficaria.*

Poſſet omnino ob maiorem numerum petalorum & calycem naturaliter triphyllum ſeparari.

438. *auricomus.*

439. *ſceleratus.*

440. *bulboſus.*

441. *repens.*

442. *polyanthemus.*

443. *acris.*

444. *lanuginoſus.*

445. *aruenſis.*

446. *hederaceus.*

Stamina ſemper quinque ab omnibus diſtinguunt.

447. *heterophyllus* foliis ſubmerſis capillaceis, emerſis reniformi palmatis.
Ranunculus *aquatilis α.* LINN.

448. *aquatilis* foliis omnibus capillaceis, laciniis diuergentibus.
Ranunculus *aquatilis β & γ* LINN.

449. *fluuiatilis* foliis omnibus capil-

Digitized by Google

capillaceis, laciniis parallelis longiſſimis.

Ranunculus *aquatilis* δ LINN.

Conueniunt hi tres Ranunculi habitatione aquatili, inflorescentia axillari, vniflora, petalis albis ad vnguem flauis, ideoque sub vno nomine comprehendit LINNAEVS, sed discrimina sunt insignia & facilia. Nec vnus in alterum a varia aquarum conditione mutatur. Omnes enim in fluuiis etiam, & immutati proueniunt v. c. in fl. Swentine.

450. Caltha *paluſtris.*

Claſſ. XIV.

DIDYNAMIA.

Gymnoſpermia.

451. Aiuga *reptans.*

452. Nepeta *Cataria.*

453. Mentha *ſylueſtris.*

454. *gratiſſima* ſpicis oblongis, foliis oualibus ſubtus hirtis ſerratis ſeſſilibus, ſtaminibus corollam aequantibus.

Mentha foliis elliptico lanceolatis, ſubtus tomentoſis, ſpicis cylindricis, ſtaminibus floris tubo aequalibus HALL. *Hiſt. T. I. p. 97. n. 328.*

Caulis praealtus. Folia oualia, cordata, ſeſſilia aut breuiſſime petiolata, mollia, ſubru-

Digitized by Google

goſa, ſubtus ad coſtas inprimis hirta. Antherae iuniores albidae faucem, adultiores carneae, lacinias aequantes. Spicae oblongae, terminales cum duabus lateralibus ouatis. Odor gratiſſimus Ocymi, aut Meliſſae. Perſimilis Menthae *ſylueſtri*, ſed differt ſtaminibus corolla aequalibus, ſaepius breuioribus nec longioribus, odore grato perſiſtente. A Mentha *gentili* differt floribus ſpicatis.

Plantam HALLERI eandem eſſe deſcriptio eiusdem, & ſpecimina ex Heluetia miſſa euincunt.

Prouenit ad littus noſtrum, etiam hinc inde in hortis colitur.

455. *aquatica.*
456. *aruenſis.*
457. *gentilis.*
458. Glecoma *hederacea.*
459. Lamium *laeuigatum.* d)

Copioſum verno tempore ad ſepes.

An *maculatum* ab hoc, an vtrumque ab albo vere differt? Vix videtur.

460. *album.*
461. *purpureum.*
462. *amplexicaule.*
463. Galeopſis *Ladanum.*
464. *Tetrahit.*
465. Galeobdolon *luteum.*

Galeopſis *Galeobdolon* L.

Habitus Galeopſidis, ſed character omnino alius,

d) Conf. *Hall.* Hiſt. I. n. 270.

Digitized by Google

alius, qui potius Leonuri eſt, ad quem antea retulit LINNAEVS, & quocum retinet HALLERVS. *e*) Lamii ſpeciem facit CRANZ. *f*) Melius vero ab omnibus diſtinguit DILLENIVS, *g*) nam ab Leonuris vtique recedit, qui omnes peculiarem ſuum habitum conſeruant, nec Lamii character conuenit. Placet igitur genus *Dillenianum* retinere. Miror tamen CRANZIVM, tam acriter, vt ſolet, LINNAEVM vituperare, quod hanc ſtirpem ad Galeopſides retulerit, quum & ipſe hanc, & omnes Galeopſidis ſpecies Lamio adſcripſerit, nec itaque noſtrum a Galeopſide reuera ſeparauerit.

466. Betonica *officinalis.*
467. Stachys *ſyluatica.*
468. *paluſtris.*
469. *aruenſis.*
470. *montana.*

In aruis prope Raasdorf.

470. Ballota *nigra.*
471. Marrubium *vulgare.*
472. Leonurus *Cardiaca.*
473. Clinopodium *vulgare.*
474. Thymus *Serpillum.*
475. Meliſſa *officinalis.*

Prouenit Altonauiae in ſyluoſis prope Sclavenhof.

476. Scutellaria *galericulata.*
477. Prunella *vulgaris.*

e) l. c.
f) Stirp. Auſtr. Faſc. IV. p. 262.
g) Cat. Gieſſ. App. p. 14.

Digitized by Google

478. Rhinanthus *Crista Galli.*
Vtraque varietas in Holsatia prouenit. Non ita me obseruationes suffulciunt meae, vt, an altera differat specie, dicere audeam. Differre calycibus hirsutis HALLERVS, galeae auriculis truncatis, nectario rotundato SCOPOLI.
479. Euphrasia *officinalis.*
480. *Odontites.*
481. Melampyrum *cristatum.*
482. *aruense.*
483. *nemorosum.*
484. *pratense.*
485. Lathraea *Squamaria.*
486. Pedicularis *palustris.*
487. *Syluatica.*
488. Antirrhinum *Elatine.*
489. *minus.*
490. *Linaria.*
Peloria certe non est progenies huius hybrida, sed monstrum. Ludit *Linaria* floribus irregularibus, 2—5 corniculatis, donec in veram Peloriam transeat. In specimine Goettingae lecto video flores Linariae & Peloriae in vna eademque stirpe. Obseruavi talem Peloriam in Antirrhino *multicauli*, *minori* & *aruensi*, & simile monstrum in Mimulo *ringente*, flore regulari quinquefido pentandro aut didynamo. Peloria in horto Argentoratensi semina maturat. *b*)

491.

b) Doct. SCHNEGKER hist. nat. cultor eximius *in litteris.*

Digitized by Google

491. Antirrhinum *Orontium.*
492. Scrophularia *nodoſa.*
493. . . . *aquatica.*
494. . . . *vernalis.*
495. Limoſella *aquatica.*

Claſſ. XV.

TETRADYNAMIA.

Siliculoſa.

496. Alyſſum *ſatiuum.*
Myagrum *ſatiuum* L.
Siliculae polyſperruae ſunt, ergo non eſt Myagrum. Ob ſtylum valuis proprium vt peculiare genus ſub Camelinae nomine diſtinxit CRANZ, *i)* nec male. Filamenta denticulata non bonum praebent characterem Alyſſi, quum in multis deficiant.
497. Subularia *aquatica.*
498. Draba *verna.*
499. Lepidium *latifolium.*
L. pr. Broek.
500. Thlaſpi *aruenſe.*
501. . . . *campeſtre.*
502. . . . *perfoliatum.*
503. Burſa *paſtoris.*
Thlaſpi L.
Conueniunt Burſae cum Thlaſpidibus ſiliqua polyſperma, emarginata, ſtylo & ſepto diuiſa. Sed Burſae habent valuulas nauiculares

i) l. c. p. 18.

Digitized by Google

lares nudas, Thlaſpides valuulas alatas. Bonus character, qui non turbari debuiſſet. Burſa Lepidio maxime affinis eſt, & cum hoc manere poſſet.

504. Cochlearia *Danica.*

505. *officinalis.*

506. Iberis *nudicaulis.*

Iberides Thlaſpidi non bene immiſcuit CRANZ, *k*) a quo corollis irregularibus facile diſtinguuntur. Iberis *rotundifolia* non eſt huius generis. Corollae ſunt regulares. Ergo ob conuenientem filiculam Burſis & Lepidiis affinis eſt, a quibus differt valuulis monoſpermis.

Siliquoſa.

507. Dentaria *bulbifera.*

Copioſa prope Cronshagen, & Eulenkrug.

508. Cardamine *Impatiens.*

Petala certe nonnumquam profert. *l*)

509. *hirſuta.*

Noſtra ſemper tetradynama eſt, nec tetrandra. Conſentiunt ſpecimina Harcynica, *m*) Thuringiaca, Norvegica, Auſtriaca.

510. *pratenſis.*

511. *amara.*

Antherae nigrae, quas flauas in ſequenti obſeruaui, *n*) a quo demta ſiliqua vix diſtingui poteſt. *o*)

512.

k) Faſc. I. p. 20.

l) Cf. Kieler Litter. Iourn. 1779. p. 1.

m) *Weber* Spic. p. 18.

n) Alias notas dedit *Murray* Apparat. medicam. V. II. p. 309.

o) Nihil intereſt ſi a pharmacopaeis vtraque confundatur, ita vt *amaram* Cardaminem fere praeferam.

Digitized by Google

512. Siſymbrium *Naſturtium.*
513. *ſylueſtre.*
514. *amphibium.*

Siliqua ouata, omnino aliquid proprii habet, & potius ad ſiliculas referenda eſt. Nec igitur repugno ſi cum DILLENIO *p*) & HALLERO *q*) ob hanc notam ſeparare velis.

515. *Sophia.*
516. *officinale.*

Eryſimum *officinale* L.

517. *Barbarea.*

Eryſimum *Barbarea* L.

518. *Alliaria.*

Eryſimum *Alliaria* L.

519. Eryſimum *cheiranthoides.*

Vnicus character, qui Eryſimum a Siſymbrio vere diſtinguit, conſiſtit in ſiliqua exacte tetraedra. Ergo Eryſimum *officinale*, *Barbarea*, & *Alliaria* LINN. ad Siſymbrium migrare debuerunt. *Barbareae* quidem ſiliqua ſaepius aliquamtiſper angulata eſt, minime autem exacte tetraedra. HALLERVS Siſymbrium ab Eryſimo glandulis diſtingui vult. Sed glandulis in diſtinguendis Cruciatarum generibus nihil tribuendum eſt, quae vix in vllo genere omnibus ſpeciebus eaedem ſunt. Vt taceam, quod fulcra characteres generum intrare certe nequeant. Sed ad ſpecies glandulae adnotari merentur, etſi fatendum eſt, illas etiam in his ſaepius variare. Heſperides nonnullae ſiliquam exacte te-

p) App. nou. gen. p. 121. T. 6.
q) l. c. T. 1. p. 211.

Digitized by Google

traedram habent, v. c. *africana* & aliae a LINNAEO non deſcriptae. Sed hae diſtinguuntur petalorum & ſtigmatis conditione.

520. Arabis *thaliana.*

521. *hirſuta* SCOP.
Turritis *hirſuta* LINN.
Occurrit ad ſaxa inter Garten & Hagen, ad M. Wittenberg. Arabis omnino ſpecies eſt, etiam ex charactere LINNAEANO a glandulis deſumto.

522. *arenoſa* SCOP. Carn. tab. 40.
Siſymbrium *arenoſum* LINN.
Rarius in arenoſis verſus Viehburg.

523. Sinapis *aruenſis.*

524. *alba.*

525. Raphanus *Raphaniſtrum.*

526. Bunias *Cakile.*

527. Crambe *maritima.*
L. prope Bülk.

Claſſ. XVI.

MONADELPHIA.

Decandria.

528. Geranium *cicutarium.*

529. *ſyluaticum.*

530. *paluſtre.*

531. *robertianum.*

532. *diſſectum.*

533. *ſanguineum.*
Habitat pr. Putloos.

533. *molle.*

534. *puſillum.* *Poly-*

Digitized by Google

Polyandria.

535. Althaea *officinalis.*
Non raro pr. die Broek.
536. Malua *ſylueſtris.*
537. *rotundifolia.*
538. *Alcea.*

Claſſ. XVII.

DIADELPHIA.

Hexandria.

539. Fumaria *bulboſa.*
Occurrit ad ſepes prope Viehburg & alibi planta multo tenerior, humilior, pauciflora. Eſt Fumaria bulboſa, radice non caua minor C. BAVH. Pin. p. 144, quam primo aſpectu omnino pro diſtincta ſpecie habeas, & differre bracteis digitatis HALLERVS r) perhibet, ſed hanc notam in noſtris non inuenio, quae bracteas ouatas, integras habent, nec aliam quae ſufficiat; etſi ex meis obſeruationibus certum ſit, non mutari ſequentibus annis in varietatem maiorem.
540. *officinalis.*

Octandria.

541. Polygala *vulgaris.*

Decandria.

542. Spartium *ſcoparium.*
Spartium a Geniſta poſt TOVRNEFORTIVM ſepararunt LINNAEVS & HALLERVS. Eſt

 vtique

r) Hiſt. Helu. n. 349.

Digitized by Google

vtique aliquid proprii in habitu, ſed character qui vtrumque genus diſtinguat, vix eruendus eſt, niſi hunc in figura legumīnis aut compreſſa aut ſubrotunda turgidiuſcula quaeras. Semina plura Geniſtae pariter habent ac Spartia. Magnitudo vexilli nec ſufficit, nec bonum dat characterem. In calyce bilabiato Spartii diſcrimen HALLERVS, in ſtigmate villoſo LINNAEVS, non bene poſuerunt.

543. Geniſta *tinctoria.*

544. *piloſa.*

545. *anglica.*

546. *germanica.*

Vtraque poſterior nimis affinis eſt.

547. Vlex *europaeus.*

Prouenit circa Hamburgerbaum, Probſteier Hagen, Aſchberg.

548. Ononis *ſpinoſa.*

aruenſis L. Syſt. veg.

Retinui *ſpinoſae* nomen, olim plantae noſtrae a LINNAEO datum. Ononis enim ſpinis carens purpurea *C.* BAVH. *Pin. p. 389* me iudice diuerſa eſt ſpecies, vt confirmarunt, comparata ſpecimina Suecica, Norvegica, Germanica. *Spinoſam* primo anno interdum mitem eſſe, recte obſeruauit LOESEL. *s*) Sed *ſpinoſa* dura eſt, ſuffruticoſa, ramis lateralibus procumbentibus, adultioribus certe ſpinoſis; *mitis* herbacea, erecta, foliis priori maioribus, viſcoſioribus. Haec numquam ſpinas producit.

549.

s) Flor. Boruſſ. p. 17.

549. Anthyllis *Vulneraria.*
In M. Weinberg pr. Putloos.
550. Orobus *vernus.*
Orobus *montanus* SCOP. *Carn. tab. 41* non differre videtur.
551. *tuberoſus.*
552. *niger.*
Prouenit cum *verno* in ſyluula inter Neumühlen & Schoenkirchen.
553. Lathyrus *pratenſis.*
554. *ſylueſtris.*
555. *paluſtris.*
Inter Arundinem prope Süſel.
556. Vicia *dumetorum.*
557. *ſyluatica.*
558. *ſatiua.*
559. *ſepium.*
560. *Lathyroides.*
561. Eruum *tetraſpermum.*
562. *hirſutum.*
563. Ornithopus *perpuſillus.*
564. Aſtragalus *glyciphyllus.*
565. Trifolium *Melilotus officinalis.*
566. *hybridum.*
567. *repens.*
568. *pratenſe.*
569. *alpeſtre.*
570. *aruenſe.*
571. *fragiferum.*
In pratis maritimis v. c. verſus Düſternbrok.

Digitized by Google

572. *montanum.*

In. M. Weinberg.

573. *agrarium.*

574. *ſpadiceum.*

575. *procumbens.*

576. *filiforme.*

577. Lotus *corniculatus.*

α. ſylvaticus.

Lotus *maior* SCOP. *Carn. n. 936.*

β. arvenſis.

Lot. *corniculatus* SCOP. *n. 937.*

Specie differre Lotum *corniculatum ſylvaticum* maiorem a *corniculato arvenſi* minori contendunt ROSEN *t*) & SCOPOLI. *u*) Priori folia lanceolata, bracteas lanceolatas, filamenta alterna breuiora apice non dilatata, poſteriori folia ouata, bracteas ſemicordatas, filamenta apice dilatata tribuunt. Sed nec has, nec alias notas, quas afferunt ſufficere in aduerſariis adnotaui.

Dorycnium non male ab hoc genere ſeparatur.

578. Medicago *lupulina.*

579. *falcata.*

Claſſ. XVIII.

POLYADELPHIA.

Polyandria.

580. Hypericum *quadrangulum.*

581.

t) Obſ. p. 38. n. 26.
u) l. c.

Digitized by Google

581. *perforatum.*
582. *humifuſum.*
Copioſum prope Preetz.
Miror hoc pro monſtroſa degeneratione *perforati* a nonnullis *v*) haberi. Praeter caulem proſtratum, inſigne illi eſt diſcrimen in calyce ſerrato, glanduloſo, qui integer in *perforato.*
583. *montanum.*
584. *hirſutum.*
Vtrumque prope Neumühlen, Rasdorf.
586. *pulchrum.*
In ſyluis prope Rasdorf, & in aruis prope Bordisholm, Neumünſter.

Claſſ. XIX.

SYNGENESIA.

Polygamia aequalis.

587. Tragopogon *pratenſe.*
588. Scorzonera *anguſtifolia.*
Rara & difficilis planta. Sed ſpecimina Holſatica in ericetis prope Itzeho & Mülenbarwik lecta, cum Helueticis & Auſtriacis omnino conueniunt. Scorzonera *villoſa* SCOP. *Carn. n. 952. Tab. 46* noſtrae valde affinis eſt, vidi enim ſpecimina tota vere villoſa, bi & triflora, ſed differt caule folioſo.
Tragopogon pinifolium hiſpanicum BARREL. *Pl. Gall. Ic. 496*, quod LINNAEVS huc refert, certe diuerſiſſimum eſt, quum caulis ſit denſe folioſus.

589.

v) *Vittmann* Saggio dell Iſtoria erbaria, delle Alpi di Piſtoja, *Scopoli* & *Cranz* l. c.

Digitized by Google

589. Scorzonera *laciniata.*
590. *graminifolia.*
591. Sonchus *oleraceus.*
592. *arvensis.*
593. *palustris.*

Sonchi genus naturale non debet confundi cum Hieracio, *w*) a quo equidem difficile, sed calyce conico satis distinguitur.

594. Phrenanthes *muralis.*
595. Taraxacum *officinale.*

Leontodon *Taraxacum* LINN.

Communicauit specimina foliis lanceolatis integerrimis aut denticulatis, laciniis calycis exterioris ouatis erectis appressis in Suecia lecta *Cl.* EHRHARD. LINNAEVS pro varietate habet, vt etiam ex GOUANO *x*) video. Sed calyx diuersissimam speciem indicat, quam recte, separauit GOUAN. *y*) Eandem subintelligere videtur, SEGUIER. *z*)

596. Leontodon *autumnale.*
597. *hispidum.*
598. *hirtum.*

Pappus plumosus sessilis distinguit Leontodon a Taraxaco, *a*) calyx oblongus a Picride. Mire & persaepe inter se turbarunt auctores

w) Iunxit SCOPOLI.
x) Obs. p. 55.
y) Leontodon *Raji* foliis petiolatis lanceolatis runcinatisque, calycibus erectis. GOU. l. c.
z) Plant. Veronens. Suppl. p. 264.
a) Addit SCOPOLI *l. c. p. 99.* receptaculum planiusculum, quod conuexum est in Taraxaco.

Digitized by Google

ctores has plantas, quibus Taraxacum, quod ex adlatis notis differt, si etiam ad calycem exteriorem reflexum attendere nolueris, immiscuit LINNAEVS. HALLERVS Leontodon Picridi associauit, cui valde affine est, vt praecipua nota sit in figura calycis. Sed Picridis habitus alius, & calyx exterior laxus. Recte separauit & Picridem & Leontodon a Taraxaco SCOPOLI. Posterius cum FVCHSIO *b*) Hedypnöem vocauit. Praestat vero bonum & in officinis receptum nomen servari. Pulchrum characterem calycis exterioris reflexi neglexit SCOPOLI, nec repugno, quum Hedypnois *paludosa c*) & Leontodon *Raji* GOU. habeant calycem exteriorem erectum, nec generum multiplicationem amem, nisi characterum firmitas hanc exigat. Chondrillae Hedypnöem *paludosam* associarem, nisi totus habitus repugnaret. Chondrillae ergo discrimen erit in calyce cylindrico striato. Neque hanc Scorzonerae, cui valde affinis est, immiscere volui, vt pappus plumosus inturbatus maneat. *d*) Leontodon *hastile* ad Apargiam SCOPOLI pertinet, quam ob receptaculum villosum & pappum plumosum ab Hieracio iure separauit.

599. Hieracium *Pilosella.*
600. *dubium.*
601. *Auricula.*

b) Hist. plant. p. 680.
c) Ej. n. 958, Tab. 48.
d) Ergo Scorzonera *Picroides* ab hoc genere remouenda est.

Digitized by Google

Praeter folia lanceolata nulla mihi eſt nota, qua *Auricula* ab Hieracio dubio diſtinguatur. Et omnibus rite computatis omnino eſt varietas praecedentis, vt video ex copioſis vtriusque ſpeciminibus ex variis terris allatis. Sed a *Piloſella*, cui iungit SCOPOLI certe diuerſum eſt, foliis ſuperne raris pilis haud adſperſis, a *cymoſo* ſtolonibus.

602. Hieracium *murorum.*

603. *ſyluaticum* GOU. *Obſ. p. 56.*
Sermo mihi eſt, de varietate α GOUANI, quae foliis caulinis multis, longiſſime lanceolatis, vtrinque glabris omnino ab Hieracio *murorum* differre videtur. Sed affinitas H. *Sabaudi* ſumma. Folia radicalia plerumque ouata ſunt.
Prouenit in ſyluis prope Düſternbrock.

604. *paludoſum.*
Eſſe forte varietatem Hieracii *murorum* a loco natali mutatam autumat LINNAEVS, *e*) nec repugnat HALLERVS, *f*) ſed caulis glaber ſulcatus, paniculatus, folia glabra caulina plura amplexicaulia diſtinguunt. Accedit calycis nigredo inſignior.
Hieracium GMELINI *Flor. Sibir. Tab. 9*, quod HALLERVS ad hoc retulit omnino eſt *lyratum* LINN. Verum Hier. *lyratum* eſt varietas *paludoſi*, quum in noſtro paludoſo pedunculi ſaepius hiſpidi ſint.

605. *ſabaudum.*

606. *umbellatum.*

607. Cre-

---

e) Spec. Plant. p. 1129.
f) Hiſt. Helu. I. p. 19, n. 46.

Digitized by Google

607. Crepis *foetida.*
608. *tectorum.*
609. *biennis.*
610. *viridis.*

Crepides *tectorum*, *biennis*, *Dioscoridis* & *virens* quam maxime variant, nec notae hucvsque datae satisfaciunt. Crepis *stricta* SCOP. *Carn. n. 956*, *Tab. 47* eadem cum *virente* videtur, specimina enim in Heluetia, Germania v. c. circa Gotham & Holsatia lecta, omnino cum icone plantae SCOPOLIANAE conueniunt, quae a Crepide *pulchra* longissime differt.

611. Hyoseris *minima.*
612. Hypochoeris *glabra.*
613. *radicata.*
614. Lapsana *communis.*
615. Cichorium *Intybus.*
616. Arctium *Lappa.*
617. Serratula *tinctoria.*

In M. Weinberg.

618. *aruensis.*
619. Cirsium *oleraceum.*

Cnicus *oleraceus* L.

620. *lanceolatum.*

Carduus *lanceolatus* L.

621. *palustre.*

Carduus *palustris* L.

622. *acaule.*

Carduus *acaulis* L.

623. Carduus *nutans.*

Digitized by Google

624. Carduus *crispus.*

625. *acanthoides.*

Carduus *acanthoides* J. BAUH. alius est, sed C. caule crispo Ej. huc pertinet.

Serratula a Carduis ob calycem muticum omnino separari potest. g) Sed inter Cnicum & Carduum LINN. vix verum discrimen intercedit. Squamas simpliciter spinosas, nec ramosas spinosas, habent Cnici varii. Bracteae calycem cingentes male in charactere assumuntur. Et Carduus *tataricus* illudit Botanicos, qui iunior Cnicus adultior Carduus est. Nec tomentum calycis characterem suppeditat, quum sensim euanescat. Merito ergo haec omnia reiecerunt HALLERVS & SCOPOLI, & VAILLANTII *b*) ex pappo bene constituta genera retinuerunt. Erit ergo Cirsio pappus plumosus, Carduo pilosus. Cui hae notae nimis artificiales videntur, vtrumque genus iungat oportet. Sed pappus magni est momenti in floribus compositis.

626. Onopordon *Acanthium.*

Habitat ad vias circa Lubeck.

627. Carlina *vulgaris.*

628. Bidens *minima.*

L. in torfosis prope Itzeho.

629. *cernua.*

β. Coreopsis *Bidens* L.

630. Eupatorium *cannabinum.*

Poly-

---

g) Negat SCOPOLI.

b) Mem. de l'acad. de Paris 1718.

Digitized by Google

Polygamia ſuperflua.

631. Tanacetum *vulgare.*
632. Artemiſia *campeſtris.*
633. *Abſinthium.*
634. *vulgaris.*

Poſſet ob receptaculum Abſinthium ab Artemiſia ſeparari, vt fecit HALLERVS. Sed habitus ſimilis, & conuenientia reliquarum partium vtrumque iunxit. *i)*

635. Gnaphalium *arenarium.*
636. *luteo-album.*
637. *dioicum.*
638. *ſyluaticum.*
639. *vliginoſum.*
640. Erigeron *acre.*
641. *canadenſe.*
642. Tuſſilago *Farfara.*
643. *Petaſites.*
644. Senecio *vulgaris.*
645. *erucifolius.*
646. *abrotanifolius.*
647. *Iacobaea.*
648. Aſter *Tripolium.*
649. *annuus.*

L. pr. Ploen & Altonaviae in ſyluoſis pr. Sclauenhof.

650. Solidago *virga aurea.*
651. Cineraria *paluſtris.*
652. Inula *britannica.*
653. *dyſenterica.*

i) Cl. *Weber* Reſp. *Stechmann* diſſ. de Artemiſiis.

Digitized by Google

654. Inula *Pulicaria.*
655. *ſalicina.*
656. Arnica *montana.*
657. Bellis *perennis.*
658. Chryſanthemum *Leucanthemum.*
659. *ſegetum.*
660. Matricaria *Parthenium.*
661. *maritima.*
662. *ſuaueolens.*
Varietas eſt ſequentis.
663. *Chamomilla.*
664. Anthemis *aruenſis.*
665. *Cotula.*
666. *tinctoria.*
667. Achillea *Millefolium.*

Polygamia fruſtranea.

668. Centaurea *phrygia.*
Ad ſepes prope Schoenberg.
669. *Cyanus.*
670. *Scabioſa.*
671. *lacea.*

Polygamia neceſſaria.

672. Filago *germanica.*
673. *pyramidata.*
674. *montana.*
675. *aruenſis.*

Monogamia.

676. Iaſione *montana.*
677. Lobelia *Dortmanna.*
Ad lacum prope Einfeld. 678.

Digitized by Google

678. Viola *paluſtris.*
679. *odorata.*
680. *canina.*
681. *mirabilis.*
In ſyluula Penſioniſtenburg prope pagum Garten.
682. *tricolor.*
683. Impatiens *Balſamine.*

Claſſ. XX.

GYNANDRIA.

Diandria.

684. Orchis *bifolia.*
685. *Morio.*
686. *maſcula.*
687. *latifolia.*
688. *incarnata.*
689. *maculata.*
690. Ophrys *Nidus auis.*
691. *cernua.*
692. *paludoſa.*
Prouenit in torfoſis prope Hamburgerbaum.
693. Serapias *latifolia.*
694. *longifolia.*

Triandria.

EHRHARTIA.

Hamolocenchrus MIEG. *Act. Helv. T. IV. p. 317.*

Calix

Digitized by Google

Calyx vniglumis, compreſſus, clauſus! Corolla nulla. Semen obouatum, compreſſum. Char. ſec. *Radic.* fibroſa, ſubgeniculata. *Cauleſc.* culmoſa, ſimplex, folioſa, articulata. *Foliat.* ſubulata, ſimplex, integerrima, (graminea.) *Inflor.* paniculata, terminalis. *Fulcr.* nulla.

695. Ehrhartia *clandeſtina.*

Phalaris *Oryzoides* LINN.

Abundat ad paludes prope Viehburg & Preez. Culmus pedalis, bipedalis, ſaepius horſum vorſum flexus, vbique vaginatus. Geniculа hirſutiſſima. Vaginae aſperrimae. Folia lata, breuia, glabra, retrorſum non nihil aſpera. Panicula ramoſa, contracta, vagina ſemper arcte incluſa, vt in plerisque floreſcentiam in illa abſoluat & ſemina maturet. Rachis & pedunculi flexuoſi. Calyx breuiter pedunculatus, vniglumis, pellucidus, lineatus, compreſſus, ſemiouatus, vtrinque clauſus, ciliatus. Corolla nulla. Styli duo breues. Stamina tria. Filamenta breuiſſima, apici germinis inſerta. Semen compreſſum, obouatum, album.

Verum characterem huius plantae hucdum nullus dedit, quae vnicum exemplum eſt Graminis gynandri. Habitus, panicula nudata, omnino Oryzae eſt, ita vt ad hanc etiam retulerit GRONOVIVS, *k*) ſed character diuerſiſſimus. A Phalaride defectu corollae abunde differt, & calyce clauſo ab omnibus graminibus. Ehrhartiam vocaui in honorem & memoriam. F. EHRHARTI Helue-

k) Flor. Virgin. p. 153.

Digitized by Google

Heluetï, qui lynceis oculis iam varia plantarum cryptogamicarum genera nouiter illuſtrauit, atque in his illuſtrandis perget, & cui multas nouas de plantis obſeruationes debeo.

Rariſſima haecce ad plantas Germaniae indigenas hucusque a nemine relata, in paludibus nemoroſis Iamaicae *l*) & Virginiae *m*) primum detecta, poſtea etiam in Heluetiae aquoſis *n*) & agris Oryzaceis Italiae lecta eſt. *o*)

Hexandria.

696. Ariſtolochia *Clematitis.*

Polyandria.

697. Arum *maculatum.*

In Holſatia rarius reperitur. Prouenit tamen circa Eutin, Aſchberg, Neuſtad in M. Teufelsberg.

698. Calla *paluſtris.*

699. Zoſtera *marina.*

700. *oceanica.*

Praeter magnitudinem vix a priori differt.

Claſſ. XXI.

MONOECIA.

Monandria.

701. Zanichellia *paluſtris.*

702. Lemna *triſulca.*

l) *Sloane* Voyage to Madera-Iamaica, p. 34.
m) *Gronov.* l. c.
n) *Hall.* Hiſt. T. II, p. 202 & *Mieg* l. c.
o) *Linn.* Spec. plant. p. 81.

Digitized by Google

703. Lemna *minor.*
704. *gibba.*
705. *polyrhiza.*

Flores Lemnae a MICHELIO *p*) & VALISNERIO *q*) in Italia antea viſae, in Germania diu latuerunt, ita vt ab accuratiſſimis & ſolertiſſimis Botanicis detegi non potuerint. Nec feliciores in his obſeruandis fuerunt Botanici helueti. *r*) Non mirum igitur eſt, flores hoſce a variis in dubium vocatos, & fere negatos fuiſſe. *s*) Fateor me ipſum in hanc ſententiam abiiſſe, donec nuperrime inflorescentiam obſeruauerint circa Hannoveram EHRHART *t*) Botanicus in detegendis minutiſſimis plantarum partibus feliciſſimus, & circa Kiliam GRAUER vir iuuenis ob ingenii candorem & feruorem in addiſcendis iis, quae medicum ornant, nobis omnibus carus. Admodum gauiſus ſum, dum haec nouiter a ſe detecta mihi demonſtraret GRAVERVS. Ex his confirmatur, flores Lemnae *gibbae* omnino ita ſe habere, vt hoſce poſt MICHELIVM deſcripſit EHRHART. Quod ad fructum ab EHRHARTO nondum viſum attinet, moneo capſulam paululum compreſſam, vtrinque in diſco nonnihil depreſſam, adultiorem magis globoſam

p) Nou. plant. Gen. p. 15. Tab. 11.
q) Raccolta di varie offeruazioni p. 139. Galeria di Minerua T. V, p. 251 & T. VI, p. 73. Eph. N. C. Cent. III, obſ. 34.
r) Cf. *Hall.* Hiſt. T. III. p. 68.
s) Inter plantas cryptogamicas Lemnam poſt Ricciam locat *Hallerus* l. c.
t) Hannöv. Magaz. 1779, St. 167.

Digitized by Google

ſam, ſtylo perſiſtente acuminatam, biloculárem *u*) diſpermam eſſe, ſemina baſi rotundiora glabra. LINNAEVS igitur in his corrigendus eſt, qui capſulam globoſam vniloculárem, ſemina vtrinque acuta ſtriata Lemnae tribuit. *v*) Sed ſemina adultiora nondum vidi & haec forte ſtriata ſunt. Haec de Lemna *gibba*. In qua autem non requieuit GRAVERVS, ſed indefeſſe ſcrutando contigit, vt tandem etiam flores in Lemna *polyrhiza*, a nullo Botanico hucdum viſos, nudauerit. Hae cum floribus Lemnae *gibbae* quod ad partes attinet conueniunt, ſed ſedes omnino alia eſt. Locantur enim inter duplicaturam laminae vtriusque, eo latere vbi vnum folium altero inſinuatur. Fructus conuenit cum priori ſed maior eſt, & magis compreſſus. Nullum igitur dubium ſupereſt, Lemnae genus inter plantas perfectas locum mereri, quum flores viderint in *gibba* praeter Italos EHRHART & GRAVER, in *minori* LINNAEVS, in *polyrhiza* GRAUER. Tempus florendi eſt Iulii & Auguſti menſe. Sed in flores Lemnae *trifulcae* adhucdum inquirendum eſt.

Lemna *arhiza* LINN. eſt primum initium Lemnae *polyrhizae*. In hac igitur fructificatio non exſpectari debet.

Sed cuinam vſui nunc inſeruiant radicularum calyptrae a WEBERO *w*) deſcriptae, mihi omnino latet.

u) Conſentit *Valiſneri* Raccolta di var. oſſ. t. 6.
v) Gen. plant. p. 478.
w) Spicil. p. 25.

Digitized by Google

Triandria.

706. Typha *latifolia.*

707. *angustifolia.*

Vtraque promiscue crescit. An vere differunt?

708. Sparganium *erectum.*

709. *natans.*

In fossis torfosis prope Süsel.

710. Carex *dioica.*

711. *pulicaris.*

712. *arenaria.*

713. *vliginosa.*

714. *leporina.*

715. *vulpina.*

716. *Brizoides.*

717. *muricata.*

Carex spicis ternis echinatis, glumis lanceolatis, capsulae mucrone simplici. HALL. *n. 1366* ab hac vix differre videtur, vt video ex speciminibus Hercynicis.

718. *loliacea.*

719. *remota.*

720. *flava.*

721. *digitata.*

722. *montana.*

723. *globularis.*

724. *filiformis.*

725. *pilulifera.*

726. *atrata.*

727. *limosa.*

728. *capillaris.*

729. Ca-

Digitized by Google

729. Carex *panicea.*
730. *Pſeudo Cyperus.*
731. *ceſpitoſa.*
732. *acuta, nigra.*
733. *veſicaria.*
734. *ſyluatica* WEB. *Spic. n. 95.*
Carex *patula* SCOP. *t. 59* & Carex *capillacea* LEYS. *Flor. Hal. p. 841* idem eſt.
A priori differt capſula non roſtrata, ſed ouata cum breui mucrone. Habitus eſt Caricis *Pſeudo Cyperi*, ſed capſulae nec aſperae nec hirtae ſunt. x)
735. *hirta.*

Tetrandria.

736. Betula *alba.*
737. *Alnus.*
738. Vrtica *dioica.*
739. *vrens.*

Pentandria.

740. Xanthium *Strumarium.*

Polyandria.

741. Ceratophyllum *demerſum*
742. Myriophyllum *ſpicatum.*
743. *verticillatum.*
744. Sagittaria *ſagittifolia.*
745. Quercus *Robur.*
746. Fagus *ſyluatica.*

x) Conf. HALL. *Helv. n. 1396.*

Digitized by Google

747. Carpinus *Betulus.*
Ostryam bene ab hoc genere separauit MICHELI. *y*)
748. Corylus *Auellana.*

Adelphia.

749. Pinus *sylvestris.*
750. *Abies.*

Syngenesia.

751. Bryonia *dioica* floribus dioicis.
Nostra Bryonia semper baccas rubras habet. Hanc pro varietate *albae* habet LINNAEVS. Sed ea, quam baccis nigris in aliis Germaniae regionibus legi, semper monoica, nostra vero dioica est.

Class. XXII.

DIOECIA.

Diandria.

752. Salix *triandra.*
753. *pentandra.*
754. *vitellina.*
755. *amygdalina.*
756. *purpurea.*
757. *Helix.*
758. *arenaria.*
759. *incubacea.*
Planta, quae in torfosis nostris non rara, insigniter variat. Folia iuniora ouata, suborbiculata, vtrinque albo tomento obducta.
Frutex

y) Nou. Gen. tab. 104.

Digitized by Google

Frutex paruus repens. Adultior erectus, foliis lanceolatis, ſubtus villoſo nitidis. Fateor me limites inter *incubaceam*, *repentem*, *fuſcam* & *rosmarinifoliam* ignorare.
Vix in vllo genere ſpecies adeo variant. Hinc inſuperabiles difficultates. Aliquas, ſed non omnes abſoluit, *du* ROI. z)

760. *caprea.*
761. *cinerea.*

Triandria.

762. Empetrum *nigrum.*

Tetrandria.

763. Viſcum *album.*
764. Hippophäe *Rhamnöides.*
765. Myrica *Gale.*

Pentandria.

766. Humulus *Lupulus.*

Octandria.

767. Populus *alba.*
768. *tremula.*
769. *nigra.*

Enneandria.

770. Mercurialis *perennis.*
771. Hydrocharis *Morſus ranae.*

Monadelphia.

772. Iuniperus *communis.*
Rarior alio loco, quam in ericetis pr. Nordorf, prouenit.

Claſſ.

z) Obſ. botan.

Digitized by Google

Claſſ. XXIII.

POLYGAMIA.

Monoecia.

773. Holcus *mollis.*
774. *lanatus.*
775. *auenaceus* calycibus biflоris, ariſta floris maſculi dorſali refracta.
Auena *elatior* L.
776. *biariſtatus* calycibus ſubtriflоris, floſculis pedicellatis apice biariſtatis.
Auena *dubia* paniculata, calycibus ſubtriflоris, floſculo infimo terminali, ariſta recta, reliquis apice biariſtatis, dorſali ariſta reflexa. LEERS *Flor. Herbon. p. 41, Tab. 9, f. 3.*
Auena paniculata calycibus ſubtriflоris, floſculis ſuperioribus apice biariſtatis, dorſo ariſta reflexa, pedicellis ſuperne incraſſatis. MÖNCH *Plant. Haſſ. p. 49, Tab. 2.*
777. Parietaria *officinalis.*
778. Atriplex *laciniata.*
779. *haſtata.*
780. *patula.*
781. *littoralis.*
782. Acer *Pſeudo Platanus.*
783. *Platanoides.*
784. *campeſtre.*
785. Aeſculus *Hippocaſtanum.*

Dioecia.

786. Fraxinus *excelſior.* 787.

Digitized by Google

Claſſ. XXIV.

CRYPTOGAMIA.

O. 1. Filices.

Inflorescentia ſpicata, antherifera, a) a foliis diſtincta.

787. Ophioglossum *vulgatum.*
In pratis prope Garten.

788. Osmunda *Lunaria.*
In collibus circa Preez.

789. *regalis.*
Incolit torfoſa verſus Groſſen Aſpe.

O. 2. Epiphylloſpermae.

Inflorescentia antherifera, ſeſſilis in pagina inferiori folii.

790. Pteris *aquilina.*

STRVTHIOPTERIS. b)

Frons florigera a reliquis diſtincta.

791. Struthiopteris *Spicant.*
Ab Osmunda iure ſeparandam cenſeo. Quum fructificationes in inferiori pagina tantum reperiantur, inflorescentiam ad frondoſas non autem ſcapoſas retuli, & exinde genus Epiphylloſpermis adſcripſi. Differt ergo & ab hoc & ab Osmunda, Osmunda *Struthiopteris* LINN. quae inflorescentiam ſcapoſam gerit, & Onocleae valde affinis eſt.

792. Aſplenium *Trichomanoides.*
Rarius in vallis lapideis inter Garten & Hagen.

a) Cf. *Maratti* de vera florum exiſtentia in plantis dorſiferis.

b) *Cordi* Hiſt. plant. p. 171. *Hall.* Enum. pl. Helv. p. 132.

Digitized by Google

793. Aſplenium *Ruta muraria.*
794. *germanicum* WEIS. c)
795. Polypodium *vulgare.*
796. *Phegopteris.*
797. *criſtatum.*
798. *Filix mas.*
799. *foemina.*

Huius varietates, aut ſi mauis diſtinctae ab hac ſpecies videantur apud MVLLERVM d) & WEISSIVM. e) Hae etiam in noſtris ſylvis proueniunt, ſed limites vix determinantur, quum per gradus vna in alteram tranſeat.

800. *Thelypteris.*

Acroſtichum *Thelypteris* LINN. *Spec. Plant.*

801. *Dryopteris.*

O. 3. Rhizoſpermae.

Fructificationes pone radicem collocatae.

802. Pilularia *globulifera.*

L. in paludoſis circa Lübeck.

803. Iſoëtes *lacuſtris.*

Habitat in pratis paludoſis pagi Süſel.

O. 4. Iuloſpermae.

Antherae? f) ſeſſiles in amentis nudis.

804. Equiſetum *ſyluaticum.*
805. *aruenſe.*
806. *paluſtre.*

807. Equi-

c) Crypt. p. 299.
d) Flor. Fridrichsdal. p. 193.
e) l. c. p. 313.
f) Non repugno ſi capſulas ſeminiferas dici mauis.

Digitized by Google

807. Equiſetum *fluuiatile.*
808. *limoſum.*
809. *hyemale.*

O. 5. Metaxillares.

Fructificationes ſeſſiles in axillis foliorum aut ſquamarum.

CHARA.

Fructificationes baccatae in axillis foliorum.

810. Chara *vulgaris.*
811. *hiſpida.*
812. Lycopodium *clauatum.*
813. *inundatum.*
814. *annotinum.*

O. 6. Muſci. g)

Capſulae liberae, vniloculares, polyſpermae, pedunculo plus minus inſigni affixae.

Quas pro partibus fructificationis maſculis & foemineis Muſcorum nuperrime habuit Cl. HEDEWIG gg) certe nihil aliud ſunt, quam gemmae & earum vaſa nutritia.

815. Fontinalis *b) minor.*

Rarius cum ſequente in fl. Swentine.

816. *antipyretica.*
819. *albicans* WEB. *n. 115.*
Bryum *apocarpum* β LINN.

g) Muſcorum & plantarum ſequentium ordinum largus prouentus eſt in ſyluis Preezam, ambientibus.

gg) Samlung zur Phyſic 1 B. 3 St.

b) Conf. WEBER *Spicil. p. 35.*

Digitized by Google

820. Fontinalis *apocarpa* WEB. *n. 116.*
. Bryum *apocarpum* α LINN.
Vtraque posterior insigniter differt, quum praeter notas a WEBERO *i)* datas, Fontinalis *albicans* habeat oras integerrimas, quae dentatae sunt in *apocarpa*. *k)*

WEISSIA. *l)*

Calyptra pilosa, pili erecti.

821. Weissia *Polytrichoides.*
Polytrichum *Bryoides* WEIS & WEB.
Bryum *striatum* LINN.
A Bryis admodum recedit, hinc ob calyptram pilosam, calyptrae villosae Polytrichi persimili, ad hoc retulerunt post DILLENIVM *m)* varii Botanici, sed ab hoc etiam calyptra simplici differt.
Weissiae nomen imposuit EHRHART in memoriam FRID. GVIELH. WEISSII Practici Goettingensis, qui de re botanica & inprimis plantis cryptogamicis bene meruit.

POLYTRICHVM.

Calyptra duplex exterior villosa, interior glaberrima.

822. Polytrichum *commune.*
823. *nanum* WEIS *p. 173.*
Mnium *Polytrichoides* LINN.

Calyp-

i) l. c.
k) Ex observat. *Ehrharti.*
l) Auctore *Ehrharto*, Hannöv. Magaz. 1779.
m) Hist. Muscor. tab. 55.

Digitized by Google

Calyptra exterior villosa Polytrichorum, est pars perichaetii, quam seta adscendens secum rapit. *n*)

824. Hypnum *o*) *taxifolium.*
825. *denticulatum.*
825. *Bryoides.*
826. *adiantheides.*
827. *complanatum.*
828. *Trichomanoides* SCHREB. WEB. *n. 126.*
829. *vndulatum.*
830. *filicinum.*
831. *compressum.*
832. *cuspidatum.*

Planta in vario loco natali insigniter variat, vt suspicar Hypnum *flultans p*) huius tantum esse varietatem loco mutatam.

833. *proliferum.*
834. *parietinum.*
835. *praelongum.*
836. *Crista castrensis.*
837. *plumosum.*
838. *cupressiforme.*
839. *aduncum.*
840. *rugosum.*
841. *palustre.*
842. *loreum.*
843. *squarrosum.*

n) Ex observ. *Ehrharti.*
o) Vid. *Web.* Spic. p. 42.
p) *Linn.* Flor. Suec. p. 1034. & *Weis* Crypt. p. 226.

Digitized by Google

